id ei, quę minus habet, addendum eſt: quo media ſuperatur, id maximæ detrahendũ. Sint tres lineæ, AA, BB, CC, inter ſe æquales. Lineæ, AA, detracta ſit pars AE, addatúrq. ad lineã CC, ſitq. ea pars, CD. Ita tota linea DCC, lineã EA, ſuperabit linea CD, & linea CF. Ergo & lineam BB, linea CD.

A E A
B B
C F C D

Hoc autem ineſt etiam in aliis artib. Tollerentur enim, & conciderent, niſi quantum & quale id, quod efficiendi vim habet, efficit, tantundem & tale perpeteretur id, quod patitur. Nata autem & tranſlata ſunt hæc nomina, damnum & lucrũ ab eo contractu, qui ſponte initur. Nam plus ſuo obtinere, lucrum facere appellatur: minus autem, quàm quod initio ſuppetebat, habere, damno affici: vt fit in rebus vendendis & emendis, aliiſque contractibus, in quibus per legem licet impunè ſuis rationibus conſulere lucrúmque facere. Vbi verò neque plus neque minus habent, ſed paria paribus reſpõdent, tunc ſe ſua dicunt habere, & neque damnum accepiſſe, neque quicquam lucri feciſſe. Itaque lucri cuiuſdam & damni, quæ non ſponte, ſed præter voluntatẽ obuenerint, medium, ius eſt: vt tantundem vterque eorum, qui contrahunt, habeat poſterius, quantum prius habuit.

CAPVT III.

Videtur autẽ quibuſdã Talio quoque, id eſt, reciproca quædã perpeſſio, ius eſſe ſimpliciter, & abſolutè, quemadmodũ Pythagorei dixerunt. Definiebãt enim ius abſolutè, id, quod quis à ſe factũ, viciſſim ab altero pateretur, id eſt, talionem, ſeu mutuam perpeſſionem. Ius talionis porrò neque ad id ius, quod in diſtributione bonorũ verſatur, neq. ad id, quod ad emẽdationẽ factorũ valet, accõmodari põt, qui etiã ius Rhadamãti hoc fuiſſe videntur ſignificare, *Si quis, quod fecit, patiatur, ius erit æquum.* Multis enim locis à iure diſſidet ac diſcrepat: veluti ſi quis magiſtratum gerens, aliquem pulſauerit, non eſt referiendus: & ſi quis eum, qui magiſtratum gerat, pulſauerit, non modò verberandus, ſed etiam caſtigandus eſt. Prętereà permultum intereſt inter id, quod ſponte noſtra, & id, quod inuitè facimus. Sed in communitatibus rerum contrahendarum ac permutandarum ſanè tale ius, quod reciprocam perpeſſionem ſeu talionem nominant, proportione, non æqualitate ciuilem ſocietatem continet. Factis enim proportione reciprocis, manet coniunctio ciuitatis. Aut enim malum acceptum reponere conantur (quod ſi non liceat, ſeruitus eſſe videtur, iniuriam referre non poſſe) aut ei, qui bene meritus ſit, referre gratiam volũt: quod ſi non fiat, ſublata eſt rerum cõmunicatio, & officiorũ quaſi mutuatio. At rerũ com-

A ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ᾧ δ' ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μεγίστου. ἴσαι αἱ ἐφ' ὧν αα, ββ, γγ, ἀλλήλαις. ἀπὸ τῆς αα ἀφῄρηται τὸ αε, καὶ προσκεῖται τῇ γγ τὸ ἐφ' ὧν γδ· ὥστε ὅλη ἡ δγγ τῆς εα ὑπερέχει τῷ γδ, καὶ τῷ γζ· τῆς ἄρα ββ, τῷ γδ.

α ε α
β β
γ ζ γ δ

B ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. ἀνῃροῦντο γὰρ, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον. ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς. τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν ἢ τὰ αὐτοῦ, κερδαίνειν λέγεται· τὸ δ' ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς, ζημιοῦσθαι· οἷον γὰρ
C τὸ ὠνεῖσθαι καὶ πωλεῖν, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δέδωκεν ὁ νόμος. ὅταν δὲ μήτε πλέον μήτε ἔλαττον, ἀλλ' αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται, τὰ αὐτῶν φασὶν ἔχειν, καὶ οὔτε ζημιοῦσθαι οὔτε κερδαίνειν. ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι, τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

Κεφάλαιον γ.

D Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς ἁπλῶς εἶναι δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ· τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς, οὐκ ἐφαρμόττει, οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν· καίτοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον.
Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο· πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ· οἷον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐ-
E πάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι· καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι. ἔτι, τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει πολύ. ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτο δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς, κατ' ἀναλογίαν, καὶ μὴ κατ' ἰσότητα· τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις· ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν· εἰ δὲ μὴ, δουλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει· ἢ τὸ εὖ·